



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE VERBO DEI|| scripto & non scripto,|| QVATVOR LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, 1599**

**VD16 B 1607**

Ad Evndem, Et Typographos, De Recognitione huius operis, Auctoris  
admonitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53828)




## AD EVNDEM, ET TY-

POGRAPHOS, DE RECOGNITIONE

*huius operis, Auctoris admonitio.*

CVM inter legendum libros Controuersiarum mearum, inciderem in aliqua errata: operæ precium me facturum existimaui, si occasione eiusmodi erratorum Opus meum ipse perlegerem & castigarem, nec solum menda, quæ irreperant, auferrem, sed etiam pro iure, quod vnusquisq; in proprios partus habet, quædam nonnullis in locis adderem, pauca quoque detraherem, vel mutarem. Id ita feci, vt disputationes ipsas, vel locupletiores, vel clariores, adeoq; meliores effectas esse planè confidam. Quare Typographos, qui fortè libros hos meos, (cum legitima tamen facultate) recudent, hortor & oro, id iuxta hanc editionem diligenter fideliterque recudant. Hanc enim vnã à me recognitam & castigatã, vt meam deinceps agnoscam.



Opus hoc R. P. ROBERTI BELLARMINI, Societatis IESV, quoniam omnes Christianæ fidei Controuersias aduersus huius temporis hereticos, ita copiosè, orthodoxè, eruditè ac solidè explicat, vt non immeritò integerrimum, pulcherrimum, absolutissimumq; Controuersiarum omnium Corpus appellari queat, dignum profectò cum primis est, quod ad plurimorum utilitatem multò maximam typis procudatur.

Ita sentio ego ALBERTVS HUNGERS,  
S. Theologiæ D. Professor, &  
Procancellarius in alma Academia  
Ingolstadiensi.